

nec convencio Christi cum Belial. Quorum exempla nos quoque videntur respicere, qui eiusdem passibus conamur incedere, quoniam qui domum vicini sui conaspicit concremari, suspectus debet esse de sua.

< 2. >

2.1 At vero Sclavi Boemi, ipso sub Arcturo positi, cultibus ydolatrie dediti, velut equus infrenis sine lege, sine ullo principe vel rectore vel urbe, uti bruta animalia sparsim vagantes, terram solam incolebant.

5 Tandem pestilencie cladibus attriti, quandam phitonissam, ut fama fertur, adeunt, postulantes spiritum consilii responsumque divinationis. Quo accepto civitatem statuunt, nomenque inponunt Pragam. Post hinc invento quodam sagacissimo atque prudentissimo viro, cui tantum agriculture officium erat, responsione phitonisse principem seu gubernatorem sibi statuunt, vocitatum cognomine Premizl, iuncta ei in matrimonio supramemorata phitonissa virgine.

15 Sicque a clade et multiplici peste tandem eruti, dehinc a supra memorato principe ex sobole eius rectores seu duces preposuere sibi, servientes demoniorum simulacris et prophanis sacrificiorum ritibus bachantes, donec ad extremum dominatus eiusdem regni pervenit ad unum ex eiusdem principibus ortum, vocitatum Borivoi.

Hic cum excellentissime forme et egregie iuventutis flore nitesceret, quodam tempore negocii sui populique sibi commissi causa duccem suum vel regem Zuentepulc Moravie adiit, a quo benigne suscipitur et ad convivium pariter cum reliquis adsciscitur.

mezi Kristem a Belialem. A tyto příklady vztahují se patrně i na nás, kteří se pokoušíme v týchž stopách kráčet, poněvadž ten, kdo spatří hořeti dům souseda svého, musí mít starost o svůj vlastní.

2.

Ale Slované čeští, usazení pod samým Arkturem a oddaní uctívání model, žili jako kuň neovládaný uzdou, bez zákona, bez knížete nebo vládce a bez města, potulující se roztroušeně jako nerozumná zvířata, toliko širý kraj obývali. Konečně když byli postiženi zhoubným morem, obrátili se, jak pověst vypravuje, k nějaké hadačce se žádostí o dobrou radu a o věštecký výrok. A když jej obdrželi, založili hrad a dali mu jméno Praha. Potom nalezše nějakého velmi prozíravého a důmyslného muže, jenž se jenom orbou zabýval, jménem Přemysla, ustanovili si ho podle výroku hadaččina knížetem nebo vladařem, davše mu za manželku svrchu řečenou pannu hadačku.

A když byli takto konečně vysvobozeni z rozličných ran morových, stavěli si v čelo po svrchu řečeném knížeti vladaře neboli vévody z jeho potomstva, sloužící modlám a bůžkům a bujně slavíce oběti podle pohanských obyčejů, až nakonec vláda nad tou zemí připadla jednemu z rodu těchto knížat, jménem Bořivojovi.

Skvěje se květem vynikající krásy a mladistvé síly, navštívil tento jednoho času v nějaké záležitosti své a lidu sobě svěřeného svého vévodu nebo krále Svato-pluka na Moravě a byl od něho laskavě přijat a pozván společně s ostatními na hostinu. Ale nebylo mu